



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Feria 4. De 3, Beatitudine quæ est lugentium. Beati qui lugent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

lietur sub potenti manu Altissimi : subjecta sit Deo, & hi pariter quibus vice ejus habet obedi-  
re Prelatis, & continuo inveniet corpus suum obe-  
dientis & subiectum ; Veritas enim est qua loqui-  
tur, beati Mites quoniam ipsi possidebunt terram.

*Ecccl. 10.* Quam in rem & Sapiens apitissimè quod expen-  
das diutius ; Fili in mansuetudine servia ani-  
mam tuam, & da illi honorem secundam meri-  
tum suum ; peccantem in animam suam quis ju-  
stificabit ? & quis honorificabit exhortantem a-  
nimam suam ? Quod sic alii vertunt clarius : Per  
mansuetudinem, gloriam animae tuae concilia,  
& eam honore quem meretur affice, conservan-  
do eam videlicet in ea dignitate & dominatio-  
ne, quam habet à Deo supra suum appetitum :

Sic beatus & gloriōsus eris, hæc est beatitudo &  
gloria tua, quæ sic tamen à te penderet, ut, nisi  
mansuetus sis, planè depereat ; & tunc à besti-  
tudine & gloria incidet in talē miseriam &  
ignominiam, ut nullus unus te honoret cum se  
ipse exhortaveris. Nam verè ille miser est &  
omni pro rōs miseratione indignus, qui cum fa-  
cile beatus esse posset, mavult esse miser. Misere-  
re anima tua & placeas Deo, & contine.

*Ecccl. 30.*

Vide in 1. parte, Vigilia Natalis Domini, In  
2. Feria 3. Hebdomada 2. in Quadragesima, Ubi hæc  
Veritas expedetur :

Quo quis est mitior, eò & genero-  
sior.

## FERIA QVARTA. DE TERTIA BEATITUDINE, QVÆ EST LUGENTIUM.

Beati qui lugent. Matth. 5.

Væ vobis qui ridetis nunc. Luc. 6.

RATIO EST. Quia Beati sunt qui consola-  
buntur.

Sed qui lugent, consolabuntur.

Ergo Beati qui lugent, Et pluris testimandus lu-  
gus quam risus.

### I. PUNCTUM.

**S**i de futura Sanctorum felicitate seu con-  
solatione beatifica, hic tantum ageretur,  
facile esset intelligere quomodo qui hic  
lugent, beatisint, quoniam ipsi consola-  
*Apoc. 21.* buntur : Absperget enim Deus omnem lachry-  
mam ab oculis eorum, & mors ultra non erit,  
neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ul-  
tra quia prima abierunt. Sed quomodo ad hanc  
etiam vitam beatitudine illa referti possit, unum  
est ex arcenis Evangelicis plurima dignum con-  
sideratione. Ac primo illud præmittendum est,  
quam verè beatisint, qui verè gaudent & con-  
solantur. Satis id autem planum est & aperi-  
tum ex communi omnium sensu, siue indubitan-  
ter affirmat S. Augustinus unum & idem esse,  
1.20 Con- beati velle vivere & gaudere velle. Si queratur,  
fess. e. 24. inquit, à duobus, utrum militare velint, fieri  
possit ut alter eorum velle se, alter nolle, responde-  
at. Si autem ab eis queratur utrum beati esse ve-  
lent, utsi s. statim sine ulla dubitatione dicat.

Hayneusue Parsteria.

opare : nec ob aliud velit ille militare, nec ob aliud iste nolit, nisi ut beati sint. Ita se omnes bea-  
tos esse velle, consonant quemadmodum consona-  
rent, si hoc interrogarentur se velle gaudere, atque  
ipsum gaudium, & vitam beatam vocant. Quod  
etsi alius hinc, alias illinc asequitur, unum est ta-  
men quo pervenire omnes intunent ut gaudeant.  
Quis quoniam res est quam se expertum non esse  
nemo potest dicere, propterea reperta in memoria  
recognoscentur quando beatæ vita nomen auditur.

Tum vero docens non omni gaudio esse bea-  
atum quemquā, sed solo vero gaudio, & quale  
illud sit; sic pergit: Abfir Domine, abfir à corde *Ibid. e. 22.*  
servi tui qui confitetur tibi, abfir ut quocunq; gau-  
dio gaudeam, beatū me putam. Est enim gaudium  
quod non datur impiis sed eis qui te gratia colunt  
quorum gaudium tu ipse es. Et ipsa est beata vita  
gaudere ad te, de te, propter te; ipsa est, & non al-  
tera. Qui autem altius putant esse, aliud sectan-  
tur gaudium; neque ipsum verum.

Videsne quā sit unū & idem, velle beatum  
esse, & velle gaudere seu consolari, dummodo  
scilicet vera sit consolatio verūmq; gaudium ?  
Videsne vero quā multi erent, in vero quā  
rendo gaudio ? Videsne tandem te inter illos es-  
se quālic erent ? Noli latari Israel, noli exultare *O. e. 9.*  
sicut populi.

## II. PUNCTUM.

**S**ED qui lugent, ipsi consolabuntur: Ipsi gaudient vero gaudio.

Paulo major est difficultas in hac propositione: non enim omnes qui lugent ipsi consolabuntur & gaudebunt: & sicut iam diximus non omne gaudium esse verum gaudium, sic profecto non omnis luctus, luctus est Evangelicus & beatus. Distingui debet triplex luctus seu triplex lugentium status.

Homil de  
Beatis.

Primus est eorum, qui temporalia & terrena hæ tantum lugent affectu terreno & tristitia facili qua mortem operatur, ut ait Apostolus, & loage abest à beatitudine & consolatione, quæ promittitur lugentibus ut docet S. Leo: Luctus hic, cui consolatio eterna promittitur, non est cum mundi hujus affectione communus: nec beatum quemquam faciunt ista lamenta, quæ totius humani generis deploratione funduntur: alia ratio est sanctorum gemissum, alia beatarum causa lachrymarum. Religiosa tristitia aut alienum peccatum luget aut proprium. Nec de hoc dolet quod divina iustitia agitur, sed de eo moeret, quod humana iniquitate commititur: ubi magis plangendus est faciens maligna quam patiens: quia in iustum malitia sua demergit ad peccatum, iustum autem tolerantia ducit ad gloriam.

Pf. 118.

2. Cor. 1.

Secundus itaque status Lugentium illi primo totus oppositus, eorum est qui spiritualia & eterna tantum lugent, quales si sunt qui ex compunctione Christo dolenti condolent: qui ex desiderio coelestis patriæ suum deflent exilium: qui ex amore Dei & proximi sua & aliena plorant peccata. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Hi sunt qui vere lugent, & qui vere consolabuntur in luctu suo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundant consolatione nostra. Quod & patebit a posteriori ex aliis qui in minus forsitan perficitur lugent, & tamen ipsi consolantur.

Pf. 78.

Tertius est Lugentium status qui potest ita di cimixus & temperatus ex duobus primis ut temporalia simul lugeat & spiritualia, sed utraq; spirituali & religioso luctu, non quia tantum temporalia sunt, non quia tantum in his plurima patientur detrimenta; sed quia simul vident Deum a se offendit vel ab aliis; quia vident se id suis committitos esse culpis: quia timent ne inde ex impatientia murmurarent vel aliquid gravus peccent; quia vident regnare iustitiam, opprimi vero æquitatem. Introcat in confpectu tuo gemitus compeditorum. Ipse scilicet Deus his pisi

movetur lachrymis, sive ut eos liberet, sive uecos consoletur. Talis eorum fletus qui suis in miseriis & iacturis temporalibus lugendo benedicunt & laudant Deum, Domini est & divina quædam motio inhabitantis Spiritus Sancti, qui sic pro nobis postulat gemisibus inenarrabilibus:

Rom. 8.

Id est, qui nos orate & Deum colere facit cum illo gemitu quem exprimit damna nostra spiritualia & temporalia: Vbi austè est Spiritus Domini, ibi libertas, ibi pax, ibi gaudium, ibi consolatio, ibi domus illa luctus, quidam melius est, Ecclesi. 7.

quam ad domum convivii, ut ait ex Sapiente Divus Bernard. Ibi gratia quædam de devotionis, de spe venia de propitiatio peccato, de futura beatitudine, de

Christi ac Sanctorum similitudine, de divina reparata iustitia, de divina voluntate facta; Ibi sua Serm. 1. de vissima delectatione boni, & gustus sapientie licet Festoo-

exiguus. Quibus interim benignus Dominus afflictio refrigerat animam. Verba sunt S. Bernardi Sanctorum

expl. cantus banc tertia Beatitudine: Verba sunt Psalmista dicentis, Auditui meo dabit gaudium & latitiam, & exultabunt ossa humiliata: Verba sunt Apostoli exclamantis: Repletus sum con-

2. Cor. 7.

solatione, superabundo gaudio in omni tribulacione nostra: Verba sunt totius Scripturae, quando-

quidem, ut ipse idem ait, Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per pacientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus:

Verba sunt denique Martyrum quibus cum dicetur ut a tyrannis, resipiscere miseri, & vosiplos ab his crucifixibus eripi? Respondebant, nunquam tam jucunde epulati sumus quam haec libenter Iesu Christi causa perf. rimus. Et ceterè cum ex Sapiente, Secura mens sit quasi iuge convivium, nunquam mens nostra potest esse magis secura quam in luctu, aut in peccatis, si temperate tolerentur. Nunquam magis secura de certa patetitia via, de certa preuentia, de statu gracie, de re-

SS. Mart.

& Mar-

cellianus.

Prov. 15.

ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per pacientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus:

Verba sunt denique Martyrum quibus cum dicetur ex ceteris, ut a tyrannis, resipiscere miseri, & vosiplos ab his crucifixibus eripi? Respondebant, nunquam tam jucunde epulati sumus quam haec libenter Iesu Christi causa perf. rimus. Et ceterè cum ex Sapiente, Secura mens sit quasi iuge convivium, nunquam mens nostra potest esse magis secura quam in luctu, aut in peccatis, si temperate tolerentur. Nunquam magis secura de certa patetitia via, de certa preuentia, de statu gracie, de re-

Rom. 15.

gio Dei quod est iustitia, pax, & gaudium in Spiritu S. Ac proinde mens illa quasi iuge convivium est, iugis est consolatio & iuge gaudium. De ipso enim gaudet gaudio, quo se gaudere sentit in peccatis, quia hoc unum verum est gaudium, hoc unum est gaudium quod a Domino provenit;

cum alia quævis gaudia, mundus, caro, & dæmon possit efficiere, siveque is solus vere potest dicere, Gaudens gaudebo in Domino. Itane tu?

Jf. 61.

III. PUNCTUM.

**E**RGO Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Si vero vobis qui rideatis nunc, quia luge-

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

*lugebitis & sibitis. Vide admirabilem horum texturam, & expendetria singulatim. Primum non hic fieri mentionem puri luctus, aut purae consolationis; sed utrumque simul à Domino jungi, quod & ipse Sapiens dixerat, Ritus dolore misceretur, & extrema gaudii luctus occupat.*

*Prov. 14.*

*Secundum, ex his duobus alterutrum tibi necessariò eligendum esse, aut verè lugere, prout explicatum est, & verè simul gaudere; aut vanè ridere, & lugere ac flere, quantum minatur Christus, Id est, vel in Inferno, vel in angore conscientie, vel in poenis temporalibus suffrendis sine solatio, vel quo cunque tandem modo fiat, certa est & indubitate vox Christi Domini comminantis illud infastum Vahis qui rident: serius ocyus lugebunt & sibent. Convertant festivitates vestras in luctum, & omnia Cantica vestra in planctum: Ritus uester in luctum convertetur, & gaudium in marorem.*

*Amos 8.*

*Zac. 4.*

*Sap. 4.*

*Ezech. 2.*

*Tertium denique, quādū satius sit, bene & Christiane lugere, ut consolationem & gaudium Christi participes, quādū vane ridere, ut in illos miserandos fluctus & luctus incidas, quōrum nulla vera consolatio, nullum meritum, nulla requies. Illos Dominus irridebit, & erunt post hac decidentes sine honore, & in consumedia inter mortuos in perpetuum, quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commovebit illos à fundamentis, & iisque ad supremum desolabitur: & erunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso cogitationes ipsorum. O verè Sapiens, qui ritum reputavit errorum, & gaudio dixit quid frustra deciperis. O verè stultus qui cum posset multum gaudere cum modico luctu, mavult multum lugere cum modico risu! Quasi tristis ille & semper gau-*

*dens: quasi gaudens iste & semper tristis. Mag-  
na est differentia, ut fusē sit in Psalmis sanctus*

*In Ps. 43.*

*Augustinus, inter ea quā sunt quasi mala & verè bona, aut quā sunt quasi bona & verè mala. Sic est noster luctus quasi luctus & quasi nullus es-*

*set p̄e gaudio quod illi adjungitur: è contra sic*

*est ritus tuus quasi non esset ritus, quasi nullus*

*esset p̄e mōre qui ritum sequitur. Somniantile*

*est addere QVASI: quasi dicebam, quasi loque-  
bar, quasi prandebam, eorum quasi quia cum evi-*

*gilaverit non invenit quid videbat. Quasi the-  
saurum invenieram, dicas mendicus, si quasi non*

*esset, mendicus non esset, sed quia quasi erat, men-  
dicus est: Itaque modo, qui ad latias seculares*

*oculos aperiunt & eorū claudunt, transit quasi eo-  
rum & venit verum ipsorum: Quasi ipsorum fœ-  
licitas est facili, verum ipsorum pena est. Ac si di-  
ceret sanctus ille Pater de beatis Evangelicis,*

*Gen. 7.*

*quasi lugent & verè gaudent; de miseriis verò  
laeculatibus, quasi gaudent & verè lugent. Jam-  
ne dubitabis, ex utris esse debetas? Multiplicata*

*sunt aqua, & elevaverunt arcam in sublime à  
terra. Ostendit Dominus Mosi lignum, quod Exodi 15:*

*cum misseret in aqua, in dulcedinem verba sunt.*

*FLVMINIS impetus latificat civitatem Dei. QVI*

*Pf. 45.*

*seminant in lachrymu, in exultatione metent, IN*

*Pf. 125.*

*fletu venient, & in misericordia reducante eos: &*

*Ior. 31.*

*adducant eos per torrentes aquarum in via recta,  
& non impingent in ea.*

*Hic & similibus Scripturæ locis, possit non*

*modo Veritas, sed & animus in praxi Veritatis*

*confirmari. Vide etiam in 2. parte, Dominica*

*Palmarum, & Feria 4. Rogationum, ubi hæ pro-*

*ponuntur Veritates:*

Lachryma, Passionis Christi Vicaria.

Lachrymarum descensus, ascensus est.

## FERIA QUINTA.

### DE QVARTA BEATITUDINE, QUAE EST, ESURIES ET SITIS JUSTITIAE.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Matth. 5.

RATIO EST, Quia beati sunt qui saturabun-  
tur.

Sed qui esuriunt & sitiunt iustitiam, saturabun-  
tur.

Ergo illi Beati sunt, & procuranda illa esurie, as-  
que sitis iustitia.

#### I. PUNCTUM.

Uartam hanc Beatusinum cum p̄æ-

cedenti conjungens S. Ambrosius:

Postquam, inquit, delicta deflexi, esu-

rire incipio & sitiare iustitiam, ager

In Lyc. 6.

enim in gravi morbo esurit. Sanctus autem

L. 2 Hiero-